



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

22. Dies Septemb. Plus vigilare, plus vivere est. Chrysologus Sermon. 24.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

750 *Christiani Militis* Septem-
riaris, cum infinito opere Incarnationis, Eucha-
stiæ, & Passionis: nōnne præ verecundia, frons tibi
decidet? Deus, qui est totum, se exinanivit pro te, &
tu qui es nihil, te putas aliquid contra Deum. Qui
cogitans, quæ non fecit Deus, non te humiliet, quod
non præcipitaverit ad inferos, post primum flagi-
tium, ut fecit Angelis? Licet adeò essemus mente
capti, & animo cæci, ut non videremus ullam inno-
bis sceleris laborem, plus tamen deberemus nos abi-
cere, quod Dei gratiâ non plura præstems propter
Deum, quam ob vermes, in quos sumus converten-
di; ob sperma fœtidum, unde geniti sumus; ob so-
des, quibus cum geniti fuimus, obnoxii sumus; ob
miserias corporis, quibus involvimus, ob pericula
animæ, quibus exponimus. O quam appositiè Au-
gustinus: (a) *Magis cogitare debetis, quid vobis deſit,*
quam quid vobis adſit. *Quod habes, cave, ne perdas.* *Quod nondum habes, supplica, ut habeas.* In quantis
ſis minor, eſt considerandum, non in quantis ſis major.
Si enim cogitas, quantum præcessisti alterum, cave in-
morem, ſi vero cogitas, quantum tibi deſit, ingemisci.
Curaris, humiliſi eris, tutior ambulabis, non præci-
taberis. Involve te igitur pallio humilitatis, & late, &
frueris magna in pace.

Si sapis ergo lata, bonares eſt vivere pace.

22. DIES SEPTEMB.

Plus vigilare, plus vivere eſt. Chrysologus
Sermon. 24.

I. Sit

(a) *Super Matt. serm. 59.*

Vigilan-
tia.

Sicut Vigilantia, virtutum omnium, quæ mores excolunt, clausula. Magno labore comparatas virtutes, nullo labore amittes, nisi velut è speculâ, ut conserventur, excubet Vigilantia. Hæc ad omnem vitæ partem, & officii genus est in primis necessaria, ut potè quæ per omnia, tum divina, tum humana latè funditur. Illa est Regina artium, quas omnes genio suo in sublime tollit, atque in officinas, bonam copiam inducit, pleno cornu, ubere fructu, lætissimâ felicitate. Et cum Regnum cœlorum vim patiatur, illa nobis arma dat in manus, igneamque romphæam, qua fores illæ adamantine rumpantur, atque dissiliant, ut violenti in beatam illum possessionem admittantur. Illa nobis texit coronas, vim, & ardorem suggerit, gloriæ characterem inurit, impetum acuit ad æternitatem. Sine hâc, virtus excutitur, subit vitium, salus periclitatur; adeo que est apex Christianæ perfectionis. Hinc Moyses ad Vigilantium hoc verborum compendio monet:

(a) Attende tibi ipsi. Id est, omnibus viribus: tum naturæ, tum gratiæ ad hoc contendas, ut tibi attendas. Non adhibeas præcipuam curam in comenda pulchritudine corporis, atque indies venustanda, in augendis opibus, in conciliandis tibi honoribus, quæ diffluant: sed attende tibi ipsi. Hoc est, invigila animæ tuæ, in qua tu totus es, in qua melior tui portio est: hæc te cura dies, noctesque stimulet.

II. Tanti debes æstimare Vigilantiam, quanti quo nihil tibi charius, ipsam vitam. Quia idem

(a) Dent. 4.9.

752 *Christiani Militis* Septemb
idem est vigilare , quod vivere; hinc rectè Chrysologus: (a) Quid tam mortis simile , quam dormientis spectus? Quid tam vita plenum , quam forma vigilans? Quæ ars , quod tempus , quæ potestas , quod officium non vita lucra , lucubratione perquirit ? Hinc est , qui Regni procinetum pervigil , callidi hostis , praecavet , & corrat infidias : tunc in castris miles supervenientes nocturnos impeius , cauta pernoctatione propellit: sic nauta vigilando , diffusi itineris incertas vias intrat , & calles trans invios , & vestigio furtivo ad lucrosi portus voivam prævenit mansionem . Hinc pastor adjungit noctes diebus , & totum sibi tempus denegat dormiendi , ne qua lups , fragante somno , grassandi in gregem prebeatur occasio . Habes hic simul , & temel conglobata commoda omnia , quæ parit Vigilia corporis , plura & majora consequeris ex Vigilantia animæ . Sed potissimum invigila voluntati , & rationi . Hac sine illa cæca est . Vide , ut rectè libertate utaris : pars est artis mala fugere , bona sectari ; non minoris , moderari affectiones , quæ si modum non retinent , in vitia desinunt . Id ne eveniat , mentis arbitrio rege , non placito cupiditatis . Invigila etiam gratiæ ; utere illa ut vitæ celestis in terris magistra : quam si negligis , gratus esse desinis , & rei nobilissimæ summam injuriat afferis . Rectè uteris , si omnem illâ actionem condis , si de his gratiæ , deerit tibi gratia , deseret te gratiæ auctor . Succedit gratiæ offensa ejus , quem habere offendit , est exitio esse obnoxium .

III. Invigila & gratiæ alleclis , virtutibus , quantum consortio , uti solet Gratia gaudere , ita præsidio non debet carere . Ubi languet Virtus , fervet cupi-

(a) *Supra.*

term.
Chryso
ientus
vigilar
officium
, qua
, & cor
noctu
ta vug
es trans
am per
ebu, &
epus, su
r occasio
mmodi
majon
ssimum
raca ell
nala fu
ffectio
elinunt
co cupi
itae ex
atuselle
naffers
, si delis
aucton
offens
s, qua
ra præ
fervet
cupi

Septemb.

Tessera.

753

cupiditas. Ab hoc fonte vitia omnia promanant, undetanquam ab Apennino fluminum, peccatorum omnium divortia sunt. Cave umbram Virtutis, pro virtute ostentes; nihil inre homines communius; nihil homini miseriū, non amplectere tantum illam, quæ mollis est, qualis ubi est, vera virtus non est. Ne oderis, ubi aspera est, qualis cū semper est, ubique exosa erit. Invigila denique p̄x omnibus Tibi iphi, qui tibi debes esse instar omnium. Age, quod agendum est, quod videlicet jubet p̄ceptum, suadet consilium, monet officium. Age etiam non agere, tui Dominus, non negotiorum famulus. Si moratur difficultas, invitat gratiæ auxilium, Dei placitum, laboris p̄mium : ut rectè agas, agenda p̄vide, quod agis, attende, quæ egisti, respice. Discerne agenda, liceatne, an expedit, an deceat soleasne ex virtute, an ex consuetudine. Debeatne, quia p̄ceptum, quia votum, quia propositum est. Quæ animæ passio actioni p̄sident, t' inorne pœnæ, an desiderium gloriæ : odium culpæ, an amor justitiae, ut Deo placeas, an ut illum tibi places ? Hæc sunt circa quæ debet se occupare Vigilantia. Denique, ut vigiles, cogitate esse in curriculo stadiodremum, in circo Athletam, in campo militem, in palæstra pugilem, adeoque necesse est te semper esse vigilem. Itaque:

Sic cupis esse pugil, jugiter esto vigil.

Bbb

Pars III.

23.DIES